

DEO DUCE ET AUSPICE!
DISPUTATIO POLITICA IX.
REGALIA MINORA,
CUM QUÆSTIONIBUS MA-
IESTATEM CONCERNENTIBUS,
NEC NON DE SUBDITIS IN
GENERE NONNULLA EXHIBENS.

Quæ

*Ex consensu & suffragio Amplissimæ
Facult. Philosoph. in Regia universi-
tate ad Aoram Eruditorum cen-
sura modestè proponitur*

P R A E S I D E

M. AXELIO Kempe /
Pol. & Hist: Prof. Ordin.

R E S P O N D E N T E
GUSTAVO J. COLLINIO
Pelkenensi.

*Ad diem 10. Novemb. Anni 1666, in Adu-
ditorio Maximo, horis antemeridia-
nis consuetis.*

A B O È,

ccula à PETRO HANSONIO, A. T.

1. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium et de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

2. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

3. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

4. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

5. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

6. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

7. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

8. *Tractatus de ratione et modo
de statu et motu corporum celestium
et de natura et ratione motuum
estimandi et determinandi corporum
celestium.*

impossibile enim est dicente Iu. 263
fin. Nov. 149, ut sacris tributis non
illatis alioqui Respublica conservetur.
Et sicut tributa, Cic. teste, ornamen-
ta sunt pacis, subsidia belli, & nervi
Reipublicæ; ita & in solatium an-
gustiarum, lib. 10. cap. de vect &
com. vectigalia sive telonia insti-
tuuntur. *Tributi* nomine veniunt
collationes seu pensiones, quas
subditi ex bonis suis mobilibus &
immobilibus solvunt juxta leges,
decreta & consuetudinem rece-
ptam. *Vectigalia* ex mercibus pro-
priè inventis vel exportatis præ-
stantur, vel etiam largissime in-
volvunt omne id ex quo censum
cus accipit, qualia sunt *portus vel*
ratoria, quæ pro transitu per pon-
tem vel in portu solvuntur. Di-
cuntur alias *Gabella*, *Dacia*, *tallia*, *pa-*
gium, *portivagium*, *guidagium*,
dagium &c. Et *ripatica* quæ pro-
nitu riparum & securitate iti-
is præstanda. Varias colla-

266 t̄ionum species vid. apud Alth.
pol. c. 12. & seq.

§. 17. (2) *Ius collationes extraordi-*
nariās exigente sic necessitate Reipubli-
cæ instituendi & irrogandi, quales juga-
tiones, capitationes, accisæ, aliaq; ma-
joribus ignota, statu præsentī ita
omnino postulante, frequentantur
& promptè à subditis conferun-
tur. (3) Ius monetae cudendæ, cuius
spectanda materia, quæ propter va-
lorem metallum communiter no-
bilius, aurum, argentum, æs; for-
ma propter autoritatem; pond⁹ pro-
pter usum, certa metalli quanti-
tate juxta leges definitum. Conf.
varia S. M. ^{tis} edicta de valore mo-
netæ. (4) Ius angariarum & paran-
gariarum, quæ munera sunt patri-
monialia sive realia, præstationes
sc. jumentorum, navium, plau-
strorum, in itineribus Reg. in-
nistrorum, armorum transvecti-
ne, aliave necessitate exigen-
*rum. Sveticè **Gliuzferd / 8***

ting/ *Stiuprecsor.* vid. c. §. R. **B. L. L.** 267
de quibus variæ ordinantiæ exi-
stunt. Hæ tamen hodiè certa pe-
cuniæ summa à subditis redimun-
tur. Huc referendæ angariæ sive
munera personalia, jus operis si-
ve operæ, cum determinatæ, *ðhr.*
Lige dagzvärken/ tum indetermi-
natæ.

§. 18. (5) *Ius Forestale sive venan-*
di & capiendi nobiliores potiss.
feras, c. 23. Bugg. B. L. L. & 34.
R. B. Conf. varias instructiones
& ordinantias pro regio & coronæ
venatore editas. Jus hoc *jure qui-*
dem naturæ, regale quippiam non
est, sed longa præscriptione, in prin-
cipes derivatum, ut suorum labo-
rum aliquod inde traherent sola-
tium. (6) *Ius Argentariae seu metal-*
lifodinas auri, argenti &c. occupan-
di & excolendi, arg. p. 24. & 25.
privil. nob. Quo & *inventio the-*
sauri referri potest. (7) *Ius viae pu-*
e, cuius ut solum est publicum

268 & usus totius populi, ita eandem
tutam præstare & à latronibus pur-
gare Majestatis est, vid. c. 24: 25.
26. 27. R. B. L. L. adde c. 13. R.
B. L. L. adeoq; eo nomine pedagi-
um seu vectigal injungere potest.
(8) *Ius fluminibus publicis utendi,*
piscatione sc. navigatione, & molendi-
narum extructione. Hinc anni re-
ditus ex piscatura in fluminibus
(9) *Ius bona vacantia & caduca occu-*
pandi, cum moritur extraneus hæs-
redes in regno non habens, no-
bis Daanari vid. c. 2. R. B. L. L.
c. 23. Erſda B. L. L. Gallis Jus dicitur
Albanagij, vel albinatus, vel albinorum.
q. alibi natorum, notante D. Loc-
cenio in *Lexico juris.* Vel etiam
cum indigena obit hæredibus in-
tra annum non comparentibus
caduca censetur hæreditas. vid. 23.
c. cit.

§. 19. (10) *Jus puniendi & mul-*
ctandi, quod quamvis ad justitiae
administrationem spectat, sis
tar

tamen multæ & bona immedia- 269
tè inferuntur atq; exinde augetur.
Huc spectat (α) multæ dividenda
inter actorem, Regem & universita-
tē sive territorij, sive municipij aut
alius communitatis, de quibus paſſim
in jure nostro. (β) multæ ſoli
Regi assignata, Konungz Eensaaß c.
2. R. B. L. L. qualis 40. marca-
rum c. 23. R. B. c. 30: 32. 34. eod.
tit. c. 6. Rēpm. B. S. L. T. B. L.
L. 12. & alibi paſſim. (γ) multæ cas-
dis clandestinae, vulga drāp c. 2. R.
B. & c. 25. 26. & 27. drāp māla
B. medh milia ubi Moregåld ve-
catur. (δ) Bona proscriptorum & dom-
inatorum coronæ debentur. In illu-
ſtribus & nobilibus ex peculiari
privilegio & gratia S. R. M. tis pro-
ximo alicui agnato cedunt. Pri-
vil. ill. p. 12. (ϵ) Bonacrin en laſe Ma-
jestatis committentium, falvis tamen
bonis uxoris, liberorum & fami-
liarium, tam mobilibus quam im-
obilibus. vid. privil. cit. p. 10.

270 S. 20. (ii) *Ius arces, costræ & palatia extruendi & inhabitandi ex bonis coronæ & Ubsaliensibus redditus appropriandi c. 2. R. B. L. L. (12) Urbes fundandi, privilegijs dotandi; ius stas pulæ & Emporijs concedendi, ubi mercatores venales merces exponere coguntur certo vectigali dato, & civibus jus ἀροτριμησεως concedere. Solennes & universales nundinas instituendi, ius mensura & ponderum, & alia plurima circa negotiationes & commercia ordinandi, quæ hic brevitas ergo præterimus. vid. ord. Neg. & alia decreta passim. Hæc sunt, quæ de juribus Majestatis dicenda erant, quorum licet nonnulla, quæ potestatis minus habent, cum inferioribus vel Magnatibus communicentur, plenum tñ. Majestatis jus penes solum Regem stabulatur & in communitabile in universum existit-*

QUESTIONES.

2. An populus Regem sibi con- 271
stituens, superior sit ipso Rege?

Res. Quæstio est satis ardua & difficultis, multis argumentis conatur hoc adstruere Alth. c. 18. & 19. & alibi. Item Hænonius Disp. pol. 2. & alij plurimi, cum alij rursus plane contrarium tueantur. Omnium optimè hanc litem dijudicare possunt, qui à consilijs Regum sunt ac Principum, quibus ratio status cuiusq; Regni intimius cognita & perspecta. Si v. in thesi aliquid statuendum est, dicimus omnino pugnare cum summa Majestate, superiorem habere, implicat enim & contradictionem parit esse summam & superiorem habere. Neq; omne Constituens statim superius est eo, quod constituit (quod argumentum est Alth.) quælibet pars enim integrat & constituit totum, quæ tamen propterea potior non est vel 'oto superior; uxor maritum facit

272 & servus Dominum. Deinde procedit ea maximè in constitutione, cuius effectus perpetuo pendet à voluntate constituentis; non verò in ea quæ ab initio est voluntatis, postea verò effectum habet necessitatē, Grot. lib. 1. c. 3. n. 8. de jure belli & pacis. Præterea, juxta Arnium, aliud est constituere aliquem infra se, qui est constitueretur inferior, ut Magistratus à. S. constituantur potestate; aliud vero esse supra se constituere, qui si totam accépit potestatem, est superior. Et quanquam populo, juxta Alth. insit majestas ratione proprietatis & Domini; quia tamen potestatem Administrationis & exercitii omnem derivavit in principem & Regem, inde Regi superioritas rectè adsignari potest ac debet. Quid quod S. pagina hanc superioritatem adserit, dum honorem observantiam & obsequium Regi præstandum esse injungit & decer-

nit in 4. decalogi præcepto, Pro- 273
verb. 24: 21. 1. Pet. 2: 17. Rom. 13.
&c. Consentient *leges nostræ Sve-*
canae passim superioritatem in ju-
dicijs, sententijs alijsq; Regi tribu-
entes. Quam etiam tanquam *cu-*
rator & *administrator* respectu pu-
pilli obtinet, quamdiu intra can-
cellos & limites sui officij se con-
tinet, quos si excedat, privatum
unicè commodum respiciens, cum
ruina salutis publicæ, in *Tyrannum*
degenerat, & privatus efficitur,
adeoq; jure Majestatis & superio-
ritatis excidit, quæ hoc casu ad
Dominum & proprietarium re-
vertitur.

2. *An i. Sam. 8. v. n. Descri-*
batur jus Regium, an vero jus
Tyrannicum?

¶. Affirm. posterius. Etsi enim
iūsmodi officiariorum constitu-
, operarum & angariarum præ-
io, decimatio, collectæ &
con-

274 contributio &c. talia sint jura
quibus bonus etiam Rex uti po-
test, reipubl. necessitate & publi-
ca utilitate ita exigente; hic ta-
men Samuel loquitur de *inquis*,
immoderatis & non necessarijs contribu-
tionibus ad avaritiam & libidinem
Regis, non ad reipubl. utilitatem
exactis. Quod ipsum textus *sur-*
ētēta sive anteced. & conseq. e-
videnter ostendunt. Loquitur i.
propheta ex ore Dei irati, & sic pœ-
nas denunciantis, propterea quod
ipsum Israëlitæ rejecissent, usita-
tam judicium hactenus constitutio-
nem à Deo repudiando, itemq; ad-
ministrationem & præscriptas à
Deo leges regnandi improbando,
ut ex v. 7. & 8. apparet. Unde
oratio illa quasi dehortatoria
est, quâ ob oculos ponuntur po-
pulo Israëlitico mala & incom-
moditates, quas sensurus esset ex
suo Rege, tanquam ex Tyranno,
potentia sua abutente, ut & ir

nuit v. 28. ubi dicitur Israelitas cl- 275
maturos esse ad Deum pro exo-
neratione harum calamitatum. *De-*
inde idem ostenditur ex Deut. 17.
v. 16. & seq. ubi Deus ipse regi-
minis formam præscribit Regi, e-
iūq; non infinitam potestatem tri-
buit, sed legibus restrictam & li-
mitatam; proinde non idem u-
trobīq; jus intelligendum erit, sed
ut ibi regium, ita hic potius ty-
rannicum vel potestatem malè u-
surpatam. Præterea, si hic jus
regium legitimum describeretur,
Achab sibi vendicare vineam *Na-*
bothi ex regia hac potestate jure
potuisset. Quorsum verò preces
& petitio? ad quid dolus? & quor-
sum inerepatio ista, si de jure e-
git *Achabus*. *Usurpatio ergo potes-*
tatis illicita & illegitima hic loci de-
scribitur, quod & vox ipsa (Misch-
hat) innuit, quæ non jus fi-
iat semper; sed consuetudinem
orem & rationem, uti ex locis

276 parallelis, i. Sam. 2. v. 13. c. 27²
ii. Gen. 40: 13. 1. Reg. 18: &c. vi-
dere est.

3. *An Reges Sveo Gothiæ im-
peratori Romano suam dñebeant
Majestatem?*

R^e. Ita Liebenhal/ Kechermannus,
Besoldus, *Becherus*, alijq; adserere
nituntur, sed valde audacter &
invita ratione, imò nullå. Neq;
enim probatum Authorem, nec
monumentum ex historijs fide di-
gnum adferunt; unde eadem fa-
cilitate, quâ adseritur hoc, de-
strui facile potest. Imò res ipsa
loquitur, omnium temporum hi-
storiæ tam recentiores quam vete-
res, tam exoticæ quam internæ
& domesticæ, *Reges Svecia* & *Go-*
thiæ semper exceptos fuisse ab im-
perio *Romanorum*. *Confæderatos*
quidem cum *Imperatoribus* fuisse,
ut *Burno IV.* cum *Carolo M.* ejusq;
filio *Ludovico I.* *Ericus Victoriosu*

cum Ottone I. At *jura Majestatis* ab 277
ijsdem emendicasse nunquam pro-
bari poterit. Tribus cum primis
signis & argumentis *Romani* supe-
rioritatem vendicare sibi poterat.
Imperijs Romanorum Magistratum,
tributis & rectigibis. At Ma-
gistratus *Romani* in *Sveo Gothia*
nulli unquam fuerunt, suis quip-
pe legibus usi Rempublicam ad-
ministrabant, nec *rectigalia*, nec
tributa ulla pendentes *Romanis*.
Unde illud *Taciti* benè quadrat in
Sveo Gothos, illis *ignorantia Imperij*
Romani, *inexperta esse suppicia*, ne-
scia *tributs*. Majestas ergò Regum
Sveciæ à solo Deo & populo libe-
ro dependet, non ab imperatore
Romano ceu fonte & principio
fluxit, ut habet *Liebenthal*. Non
est enim potestas, nisi à Deo Rom.
3. quæ per successionem vel Elec-
tionem populi, tanquam legitimi-
os tramites conferri solet.

4. *An Majestas recte divi-*
datur

¶. Convellunt nonnulli hanc divisionem ex eo, quod *personalis* dicatur obnoxia esse *Reali* Majestati, quod autem alij seu superiore est obstrictum, illud summum esse non potest, & sic nec Majestatis appellationem tueri. Sed recte hic reponunt alij obligationem seu obstrictionem intelligi non *subjectivam*, sed *conservativam*. Unde nihil dignitati & potestati Regis decedit, quod ad conservandum se statumq; suum obligetur. Sicut ideo nec desinit, nec minuitur hominis libertas, quod seipsum laedere vel occidere impunè non liceat. Rex nāq; contra officium agens homicida suæ dignitatis appellari s̄evit, D. Chylenstalpe ex Besold. Synops. pol. c. I. Nec *Majestas realis* censenda est *impropriè* *Majestas* (quod alij ob-

vertunt) quia regno ut rei inani- 279
matæ inest. Regno enim non
tanquam lapidi aut truncu atq;
rei inanimatæ inest, sed intuitu
personarum & hominum sive con-
fociationis humanæ, quæ in re-
gno existit. *Quis enim Ephorus*
regni, status ac ordines Regni. popu-
lumq; *universum* rem diceret ina-
nimem? Distinctio itaq; hæc no-
toria est, & certo fundamento
innixa. Tacito etiam probata di-
centi: *principes mortales, rempubli-
cam aeternam esse.*

5. *An Principi jus Majestatis*
Ecclesiasticum competat, vel cu-
ra religionis incumbat?

¶. Triplicem faciunt potestatē
Ecclesiasticam, Ordinis, Iurisdicti-
onis Interioris & Iurisdictionis Exterio-
ri. Illa in prædicatione verbi
infistit & administratione Sacra-
itorum: Ista in jure clavium,
catorum remissione vel re-
tentione

280 tentione: hæc' verò in Externo Ecclesiæ regimine conspicitur, in introductione, conservatione & defensione ac propagatione, vel reformatione veræ religionis, in sanctione legum Ecclesiasticarum, in conciliorum & Synodorum universalium iudicatione &c. de prima & secunda non quæritur, solis enim verbi Ministris istæ conveniunt; sed de tertia. An illa ad Magistratum Politicum spectet. Ubi Extrema duo cavenda, pontificiorum in defectu, qui planè excludunt Magistratum Politicum à cura religionis: In excessu aliorum, qui omnem potestatem Ecclesiast. Magistratui vendicant. Nos media via incedentes, dicimus Magistratui Pol. nec omnem, nec planè nullam tribuendam esse potestatem, sed aliquam esse concedendam, idq; ex mandato ipsius Dei, Exemplis & auctoritate piorum Regum, præxi insuper Ecclesiæ primitivæ, alijsv

rationibus. Mandatum domini 281

extat Deut. 17. 18. &c. Psal. 24. Aperite portas ut ingrediatur Rex gloria. Psal. 2. 10. 11. 12. Colite Iehovam Reges cum reverentia, Deut. 27. & alibi. Unde Reges Nutritij appellantur Ecclesiæ Esa. 49: 23. & custodes sunt utriusq; tabulæ decalogi; quia vitia morum, blasphemiam, magiam, atheismum, perjuria &c. prohibent puniuntq; quia illorum quoq; est providere, ne res Ecclesiastica aliquid capiat detrimenti. Ideo & pij Reges & principes Magistratum ab hac administratione exorsi leguntur, Moses Exod. 12. Gideon Iud. 6. David. 2. Sam. 6. Salomon 1. Reg. 2: 3. 6. & 7. I. Asa 1. Reg. 15. v. 12. 13. & seq. Iosias 2. Chron. 24. Hiskia 2. Chron. 29. Iosias 2. Reg. 22. & quilibet summus Magistratus suos subditos ad cultum Dei admonere debet, vid. exempla Deut. 32. Ios. 23. 1. Chron. 1. Reg. 8. & passim alibi; vid. Aliis.

282 c. 28. n. 7. & 28. In *primitiva Ecclesia* ob curam religionis celebratur *Constantinus*, *Theodosius I.* & 2. &c. Inter nostrates celebriores sunt *Olaus Skotssonus*, *S. Ericus*, *Gust. I.* & 2. *Carolus IX.* *Carolus X.* qui vel veram religionem introduxerunt, vel eandem prolapsum restaurarunt. Ad curam præterea rerum religiosarum teneri Regem ex legibus nostris constat c. 4. R. B. L. L. vid. c. 1. Ryl. B. & Reg. form. p. 1. Nec aliud *recta dictum* ratio, religio quippe & sincerus Dei cultus felicitatis fons & origo est, sicut e contra contemptus Dei & negligentia cultus divini, infelicitatis & omnis mali causa, *Deut. 27: 2. Chron. 17 v. 3. 4. 5. &c* Firmamentum & fundamentum est reipublicæ, dum ad obedientiam subditos informat, pacem concordiam colit, piros & reddit. Ex quo igitur tanta tot commoda, ejus curam q

pio Magistratu non requireret? 283

Cum & ipsi Ethnici hanc non neglexerint, unde Aristoteles primum, dicit, *in republica curatio rerum divinarum, rationem addens hanc: quia proniores sunt dij in eos, qui maximè illos colunt.*

6. *An jure imperij hæc tribuenda sit Principi potestas circa religionem & res Ecclesiasticas?*

¶ Non levis est hæc controværia, Theologis, etiam orthodoxis, in diversa abeuntibus. Negativam tñ. arripiunt pleriq; unde & sobriè intelligendum illud monent, quod in concordia Anglicana extat: *Regem esse supremum Gubernatorem Regni, tam in spiritualibus seu Ecclesiasticis rebus & causis, quam in temporalibus; jnò esse primam matem & summum caput Ecclesia; idq; illum ex corona regni sui obtainere.* Nod alias stare non potest. Sic

284 enim ad ὑπερβολὴν decadendo gla-
dius politicus distingeretur in Ec-
clesiam, atq; in Conscientias jus
gladij stabiliretur, contra Apost.
1. Cor. 1. v. ult. Sic pro Papa &
Pontifice Romano, cui summam &
architectonicam potestatem Pon-
tificij attribuunt, Pontifex confin-
geretur Politicus, & totvisibilia
capita Ecclesiæ, quot per orbem
Christianum sunt Magistratus sū-
mi. Sic deniq; dissentire in re-
ligione à Rege, crimen foret læ-
sæ Majestatis, gladio expiandum,
non schisma & error. Quæ o-
mnia cum absurditatem invehant,
Architectonicam & absolutam po-
testatem summi Magistratus in
rebus religionis ex jure imperij
destruere putant, & Monarchi-
cam istam rationem gubernare
Ecclesiam, admisso statu Aristoc-
ratico, qui in participatione
jurium sacerorum reliqua Eccle-
siæ membra & status certo ord

ad "

admittat. Principi ergo non ex 285
eo, quod Rex præcisè sit & Ma-
gistratus summus, atq; jus Imperij
obtineat, ista potestas Ecclesiasti-
ca tribuenda; sed quia principale
membrum est Ecclesiæ & πολι-
της τῶν ἀγίων, cui jura Ecclesiæ
cum cæteris civibus communia
sunt, quod Regi Ethnico & infi-
deli non competit. vid. D. Jonas
Wexionensis Disp. pol. 8. item
Villius c. 9. Besold. c. 4. Chemn.
Joh. Gerhard. Christ. Matth. &c.

7. *An jura secularia recte di-
spescantur in Majora & Minora?*

R. Trita est sententia: *in verbis
simus faciles, modo in re conveniamus.*
Quæ etiam hic locum habere pos-
terit. *Majora* vocamus quæ supre-
mam Regis autoritatem, digni-
tatem & præminentiam demon-
strant; sicut *Minora* aliæ *fiscalia* di-
ci solent, & magis commoda fi-
ci respiciunt, quam alioquin ad

236 præminentiam Imperatoris ostendendam referuntur; facilius etiam *inferioribus Magistratibus* communicari solent ratione exercitij, quod neq; absonum & legibus quoq; nostris conforme est. Et licet partes sint juxta nonnullos & *Majora* & *Minora* jura integrantes Majestatem, non tamen inde mox sequitur omnes esse ejusdē rationis ac dignitatis, ut id ex inductione partium corporis humani aliarumq; rerum ad oculum patet.

8. *An Princeps legibus sit salutus?*

R. Extra controversiam positum Principem jure *divino*, *naturali*, *gentium*, sicut & *legibus Majestatis* sive *imperij*, quæ alias fundamentales dicuntur, teneri & obligari. De *legibus* merè *civilibus* ac *positivis* quæstio intelligenda nit, quam etiam variè à varij

cidi observamus. Vid. Alth. qui 287
pro legum superioritate acerrime
pugnat. Rectè hic distingui pu-
tamus inter (α) potestatem Regis
ordinariam & Extraordinariam. (β)
inter leges pænarias & alias civiles.
(γ) inter legum essentiam & certas
solemnitates, (δ) inter vim legis co-
activam & directivam. Ordinaria po-
testas legem seu normam & regu-
lam ante oculos semper habet,
quam etiam sequi tenetur ex pec-
uliari pacto & conventione juris
jurandi religione firmata. Arg.
juris nostri c. 4. R. B. L. L. art.
7. & §. 9. ejusd. cap. & Tīng. B.
c. 21. 22. & 41. Hinc absq; justa
causa subditis sua auferre bona
haudquaquam Rex potest 3. Reg.
21. Ratione verò potestatis Extraor-
dinariæ solutas omnino legibus est,
quatenus princeps contra jus com-
mune dispensare potest, ob cau-
fas ipsi æquas visas & probabiles,
& in quantum utilitas & necessitas

288 reipubl. id flagitare omnino videntur, in subitaneis & extremis periculis, ubi frustra & sero juris auxilium implorari potest. Legibus pænarijs solutum esse Principem adserunt D d. non respectu obligationis sed executionis, nam si deliquerit non punitur à quoquam: Unde & vis illa coactiva legum in principe locum non habet, nec ad certas solennitates adstringitur, cuiusmodi sunt solennitates testamentorum, solennitates judiciorum &c. in jure civili requisitæ. Quamvis igitur Rex civiliter obligari ratione executionis & cogi non possit, ipsa tamen aequitas naturalis & honestus requirit Majestatem servare leges, quas alijs præscripsit. Et digna vox est Majestate regnantis legibus se alligatum Principem profiteri. l. 4. c. de. l. l.

9. Quid jus dominationis, & an diversum à jure Majestatis?

Res;

R. Tradunt jus Dominationis [289]
esse supremum quoddam jus sive
privilegium Imperantium, bono
publico introductum contra jus
ordinarium seu jus commune. Cu-
jus tam receptum inter gna-ros re-
rum publicarum & sapientes no-
men, quam necessarius & recep-
tus est usus, dicente *Boxhorn.*
Cum enim jus civile & proprium
singulorum non possit omnibus
temporibus accommodari ob in-
finitam casuum humanorum vari-
etatem, quæ jure privato compre-
hendi non possunt. Suorum quip-
pe temporum potius habuere ra-
tionem primi legislatores, non
futurorum, imò nec habere po-
tuerunt ob alios atq; alios, qui
nexpectati quotidiè afferuntur ca-
, quos ubi recepta non licet,
vis tamen utili in publicum
one dispellere est necessum;
ic jus illud dominationis or-
duxit, & ab omni retro ævo,

290 & plurimas inter gentes laudatum est. *Æquitas* ergo hujus juris, non ex privatis, sed publicis rationibus, non ex ordinario jure communi, (cum isto uti non liceat absq; interitu & magno reipublicæ incommodo) sed extraordinario necessarioq; jure metenda est, quo & mala melius, quam ordinario processu præveniri & averti possunt, & longe majora commoda in Rempublicam derivari. Unde & relaxatio appellatur *Alciato* sive correctio juris communis, quo respectu etiam ex iniquo aliquid trahere, à *Tacito* est affirmatum, quod tamen utilitate in publicum rependitur, quam alia via & ordinaria obtinere non potest. Ut a. hoc jus dominationis justum sit & æquum, ipsa *salus reipublicæ* facit, maximè urgens *necessitas*, quæ dare legem non accipere solet, & *rei ipsius magnitudo*. Extra quos terminos

proruat & extendatur, religionē 291
& conscientiam flocci faciens ori-
tur sine fine imperium, quod ob-
tinere velle malum est, dicen-
te Tacito, 4. hist. c. 8. *Quomodo*
pessimis Imperatoribus sine fine do-
minationem, ita quamvis egregijs
modum libertatis placere. Exem-
plum juris hujus occurrit in
Romana historia, Raptus Sabina-
rum, cuius instar & in sacrīs Jud.
21. v. 19. seqq. Quæ omnia de
jure hoc dominationis, uti benè
ab illis traduntur & salutaria exi-
stunt reipubl. ita non operæ pre-
tium esse putamus, hæc à Majesta-
te & jure Majestatis sive potestate
Extraordinaria, de quā in quæst.
præced. separare, cum jure Ma-
iestatis hæc omnia possit facere
summus Magistratus. Quod &
Wixhornius, licet separatim agat
jure dominationis, c. 4. §. 18.
ncedit; uti hoc exemplo quoq;
explanatione rei illustrat: Si

292 quis perduellis esse deprehendatur, & aduersus Rempubl. conjurasse, potest summus Magistratus deflectere ab ordinaria actione & processu aduersus reum, qua Reipubl. magis est habenda ratio, quam legum, & non punitum confessim glisceret amplius malum, & dum formulæ legum invocantur, leges perirent. Et paulò post: Sane si furem & latronem, ubi Magistratus copia non datur, prtvato cui libet interficere licet, si adultero vitam adimere, longè magis Principi in ambiguis casibus sine respectu legum procedere licet. Atq; eo referendum illud Ciceronis, quando dicit leges aliquando non fuisse, ut semper leges essent, h. e. Manifestatem ante leges fuisse, & per hanc solutam legibus leges constitutas & conservatas esse. Multæ itaq; extraordinariæ Principum actiones ex hoc respectu sunt excusandæ, quæ in justæ alias videbuntur. Hæc ille satis nervosus.

car

De

P A R E N T I B U S
SIVE SUBDITIS IN
G E N E R E.

P R A E C E P T A. I.

Parentes sunt, qui summæ potestati subjiciuntur. Vel Parentes sunt cives, qui S. potestati subjecti, jure civitatis fruuntur legibusq; Reipubl. convenienter vivunt,

II. Horum notentur: tum Adjunctæ virtutes & officia, tum variæ divisiones.

E X E G E S I S.

.§. I. Expositis ijs, quæ ad summi Magistratus, ceu capitinis declarationem facere videbantur, cens est ut membra seu cæteras Reipublicæ, *Parentes* & *subditos*, breviter in quan-

294 quantum fieri potest exhibeamus.

Præsertim cum non minus hi ad constitutionem Reipubl. quam Imperantes requiri soleant; horum etiam auxilio & consilio administratio perficiatur.

§. 2. Per parentes sive subditos non veniunt intelligendi, servi & francipia, quæ æconomicè & ratione domini parent ac subsunt; nec illos principaliter & primario describimus aut intendimus, qui *impropriè* sūt subditi & bona tm. possident in aliquo loco, quorum intuitu subjecti dicuntur; ut quondam Sveci in Dania prædia possidentes, unde à Joh. M. Sveci Daniæ dicti sunt. Multo minus illi verè & plenè subditi dicendi, qui *jure Commorationis* duntaxat fruuntur, quales peregrini, mercimoniorum, experientiarum, studiorum vel alterius negotij causa in aliena Republ. harent; vel qui demicilium alicubi absq; jure civi

tis habent, ita ut pars Reipubl. 295
non sint, quomodo *Israelitæ* in Æ-
gypto subditi erant *Pharaonis* ;
qui alias *incolæ* dicuntur: quan-
quam & peregrini & *incolæ*, cum
regionem alterius ingrediantur,
& ex contractu & delicto forum
ibi sortiantur ac legibus subiace-
ant, quasi subditi efficiantur: Ve-
rūm *propriè* sic dictos *subditos* &
pleno civitatis iure gaudentes hic
maximè spectamus, quod altera &
posterior descriptio præcipue inuit

S. 3. Proinde rectè dicuntur
Cives, quibus iura & privilegia
civitatis & Reipubl. præ aliis com-
petunt. Et licet voces hæ cives
& subditi æquipollenter non raro
sumantur, id tamen synecdochi-
è intelligendum est, cum & Im-
perantibus rectè tribuatur. Hinc
civis nomen generalius est & im-
perantibus commune; *subditi* spe-
cialius imperantibus contradistin-
ctus. Reliqua definitionis verba
clara

296 clara sunt & perspicua ex commo-
dis naturam subditi declarantia &
officio competente, quod genera-
liter est II. convenienter in Re-
publica vivere; quod etsi impe-
rantium quoq; sit, magis tamen
in subditis attenditur. Et quan-
quam plures sint, de quibus id
dici nequit; à potiori in fieri debet
denominatio, ut dicitur, & verba de-
finitionis intelligenda sunt ratione
natura & *officij*, qualis nempe de
jure esse debeat; non vero rati-
one *actus* & *existentiae*, qualis de
facto existere solet. Plenus hu-
jusmodi & verus Civis in iure
nostro vocatur *Inhabitans boandhe*
c. 4. R. B. L. L. Secundum Reg.
form. illi plenè subditi sunt, qui
Jus Comitiorum & suffragiorum
in regno habent. p. 46.

§. 4. *Principia efficientia* subditorū
sive modi quibus fit aliquis subdit⁹
ex causis efficientibus imperantiū sa-
tis cognoscūtur, & ex natura relatori
quæ

JUVENI VIRO.

genij atq; morum culturā, virtu-

& Eruditione Prastantissimo

N. GUSA VO COLLINIO,

e Majestate & Subditis in ge-
nere ritè differenti, amico meo

sincerè dilecto;

Im vigil exornas vitam virtu-
tibus omnem,

q; animum clarā sedulus arte polis,
de places mi COLLINE doctissq;
probisq;

Ifq; patri, agnatis, charus erisq;
mibi.

: sequatur honos, te, raraq; fama
manebit,

Inter confortes portio clara clues.
uror hoc, voveoq; tibibac, ut con-
dida profint

ninā, contingent tempore quæq; suo.

Jta paucis gratulari voluit

AXELIUS Rempe Pol. & Hist.

Prof. Ordin.

Ad Eundem

Ardua res satis est Sublimem
scandere COLLEM
AONIDUM, ast gnavum maxi-
mo honore beat,
Altas collocat in sedes, ornatq;
per amplio
Munere. COLLINI Te tetigisse
docer
Nomen, & hoc ausum prædictæ
culmina montis,
Hinc modò continuas, præmia
magna feres.

*Hoc ēst asimov, occupatissimus lices
sincero m. affectu fundebam*

ANDREAS STRANDENIUS
Wib. R. M. Stip.

